





Q. H. 126.6.

Herr. Wolf DE

H. 585

Yc  
100

# L A V D I B V S I E N A E.



---

IENAE  
LITTERIS SCHILLIANIS  
MDCCLVI.

BIBLIOTHECA

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



ACADEMIAE IENENSIS PRORECTORI MAGNIFICO  
VIRO  
ILLVSTRI ATQVE EXPERIENTISSIMO  
ARTIS SALVTARIS GLORIA IMMORTALI CONSPICVO  
**CAROLO FRIDERICO**  
**KALTSCHEMIED**

PHILOSOPH. ET MEDIC. DOCTOR. ANATOMIAE, CHIRVRGIAE ET  
BOTANICÆ PROF. PVBL. ORDIN. SEREN-PRINC. DVG. SAXO-VINA-  
RIENSIS ET ISENACENSIS, LANDGR. HASSO-DARMSTAD. ET MAR-  
CHIONIS BRANDENB. BARVTH. ET CVLMBAC. CONSIL. AVL. MEDICO  
ET PHYSICO, COMIT. PALAT. CAES. ACAD. IMP. NAT. CVRIOS. COLL.  
ET ACAD. SCIENT. VTIL. ELECT. MOGVNT. ADS.  
FAC. MED. SEN. ET H. T. DECANO

**CETERISQVE PROFESSORIBVS**  
LONGE CELEBERRIMIS

VIRIS ILLVSTRBVS EXCELLENTISSIMIS GRAVISSIMIS  
SVMME REVERENDIS CONSULTISSIMIS  
EXPERIENTISSIMIS

IMMORTALIEVS MERITIS LITTERATVM QVA PATET  
ORBEM OBSTRICTVM SIBI HABENTIBVS

PATRONIS ET PRAECEPTORIBVS SVIS  
SVBMISSO PIETATIS CVLTV AETERNUM DEVENERANDIS

**PATRIBVS PATRIAЕ**

ANTIQMAM ALMAE SALANAЕ GLORIAM NOMINIS  
SVI FAMA TVENTIBVS AVGENTIBVS  
HOCCE QVOD DE SALANAЕ LAVDIBVS GRACILI AVENA  
MODVLATVS EST OPVSCVLVM  
GRATI ANIMI LEVE QVIDEM MONIMENTVM TAMEN  
SACRVM ESSE IVBET

TANTORVM NOMINVM  
CVLTOR STYDOSISSIMVS DEVINCTISSIMVSQVE

AVCTOR.



**Q**ualis obscuro labyrinthi in orbe,  
Haud secus, ni nos Ariadna ducat,  
In via blanda sophiae minatur  
Plurimus error.

Discrepant ex quo pius atque doctus,  
Ne magis perdant animos quam honestent  
Litterae, virtus timuit, futuri  
Conscia seclii.

Perdimur nondum, colimus MINISTROS  
Quin DEI TANTOS, celebres docendo.  
Dum docent factis praenunt, DEI VOX  
Haecece, sequamur!

Ni coles agrum, cererisque sparges  
Semen, infelix lolium virescit.  
Sic homo manet sine disciplina  
Mortis imago.

Ad leues umbras citius reuertar,  
Sanctius si quid, cuperem nec auri  
Pondus hac pro mente, Arabum nec omnes  
Sunere gazas.

Phyllidem fumant alii canendam,  
Quam iocus circumvolat et cupido,  
Aut canant curas iutenum, potentis  
Poçula vini.

Seculi mores procul esse iussi:  
Doctus indignas animo caducas  
Esse res, mentem PATRIBVS SALANAE  
Consecro totam

Ienae XI Calend. Octobr.

A. R. S. CLO IO CC LV.

HENRICVS WOLF  
SOCIETAT. LATIN. COLLEGA ORDINARIUS

ILLVSTRIS SOCIETATIS LATINAЕ  
DIRECTOR EXCELLENTISSIME  
EPHORE CONSVLTISSIME  
SODALES  
CONSVLTISSIMI AMPLISSIMI PLVRIMVM  
REVERENDE CLARISSIMI  
GENEROSISSIMI PRAENOBILISSIMI  
CVLTORES MVSARVM IENENSIVM ATQVE  
AESTIMATORES DIGNISSIMI  
AVDITORES OPTIMI

---



Ergo, quae dudum concepi pectore vota  
Sunt concessa mihi? Iuuat hinc testantia mentem  
Nectere verba, piam. Semper noua gaudia  
spondens,  
Aurea lux salve! Transacto quolibet anno  
teque Deumque canam. Sunt haec natalia nostra,  
Natalique die est erit mihi festior haec lux  
Qua incipiunt verae vitae procedere menses.  
Omina nec desunt, dum mox ad culmina Pindi,  
Queis Latiae musae dudum sua templa dicarunt,  
Vix sperata meis referetur ianua votis:  
Sidera iam tetigi, membris dum misceor huius  
Ordinis illustris. Vos O! pellucida nostri

Lumina Parnassi sacra per communia Phoebi,  
 Pectora VESTRA quibus feruent vos iuro per ignes,  
 Sanctius et si quid, musae ne spernite agrestis  
 Hoc pietatis opus, quae, quando Heliconis honores,  
 Delicias VESTRAS cantat, sua debita soluit.  
 Adsiis placide! melius conamina VESTRO  
 Ad sensu cedunt.

Quid euro vincula linguae?  
 Quam veri studium nobis hunc soluit in usum.  
 Sed quid ago? Nemo, qui adflatu numinis expers,  
 Quid? Nec STIGELIUS, redemitus tempora lauro,  
 Quantus quantus erat, Ienensis moenia Pindi  
 Coelitus exstructi valuit memorare decenter.  
 Ast grauiora iubent. Vrbem non dicere velle  
 Quae complexa suis vlnis me nutrit et ornat  
 Turpe foret. Dum se mea mens pietate ruetur  
 Arte caret tuto.

Quemnam sub vitroque polorum  
 Arua, Salana, tui Paradisi conscientia veris  
 Aeterni fugiant, ubi tot per secula Olympo  
 Delapsae musae fedes arasque locarant?  
 Caucasae certe luxerunt vbera Tigris  
 Vel clausis oculis petulanter vana loquuntur,  
 Quos, simul atque tuo diuino sole calescant,  
 Non quedam penetret numquam percepta voluptas.

QVID dicam coeli geniumque situmque locorum,  
 Mirifice sensus hominis qui fascinat omnis  
 Inuitosue rapit? Salae quid murmura dicam?  
 Quid lapsus celebres? hortis seu mille ministret  
 Delicias; flumen potent ridentia prata;  
 Siue molas agit; seu rectigalia soluat;  
 Tantum opus artificis res ut sit plena stuporis.

Iam

Iam mage fert animus mirari culmina montis,  
 Arbore qui tectum caput inter nubila condit  
 Eluditque oculos; iam dum meditamus honores  
 Principis Augusti filiarum nos tegit vmbra.  
 Hic loca per saxosa cadunt mirabile dietu  
 Flumina, nec desunt herbae lapidesque probati.  
 Hic philomela habitat, sedes nec deserit vñquam,  
 Nec cantus vsquam meliores gutture promit.  
 Quid dicam quantis exornet rusticus agros  
 Arribus, et quam valde hominumque bouisque labori  
 Alma Cerés faueat? Mentis quid gaudia dicam,  
 Si iuuat in varios naturae inquirere lusus  
 Qui feriunt sensus? Oculus si viscera montis  
 Posset adire caui, quo ibi miranda videret!  
 Hinc atque hinc rupes et saxa minantia caelo  
 Ast impune, videt; stupefactus imagine rerum  
 Horrexit gaudetque simul metuitque viator.  
 Si peregrinus homo, cui consuetudine nondum  
 Sopiti sensus, ad montis culmina vergit,  
 Sub pedibusque tener nubes et caelica tempe,  
 Quam cupidis oculis, quos nulla molestia torquet,  
 Vsque alia ex aliis numquam sibi visa stupescit!  
 Nonne alio in mundo? Nonne hic se credit inesse  
 Elysiis campis? Nostris quid amoenius aruis  
 Inuenias? simili cui manat copia cornu?  
 Quin naturam adeo secum certasse putamus,  
 Ut bona quaque vagum large dispersa per orbem,  
 Hoc in non magno centro coniuncta teneret.

Caelo STIGELIUS sedes has laudibus aequat  
 Iure suo; nec tunc aderat par gratia cultus;  
 Si foret in viuis, superasue rediret ad auras  
 Quam grauiter caneret! ni forsitan verba deessent.

Credi-

Creditis? oro **vos**, vos testes quotquot adestis  
 Prouoco, num dubius patriam cognosceret vrbum?  
 Nonne adeo est species pronus mutata per annos  
 Ut vel contendat cum quauis vrbe polita?  
 Quantum, diues opum, quasuis Saxoniam terras  
 Fertilitate sua longe post serga reliquit,  
 Sic *Salana* suum toto caput extulit orbe.  
 Haud innota loquor. Res est vulgata per omnes  
 Terras et populos. Hoc inuidus ipse fatetur.

**QVAMVIS** non desint meliorum carmina vatuum,  
 Ausu felici tibi qui sua debita praestant,  
 Ne renuas, oro, quoque nostro viuere cantu.  
 Est aliquid per secla duo bene de orbe mereri,  
 Cui quibus incumbit tot tantaque fulcra ministras.  
 Quippe sinu florem populorum sumis alendum,  
 Terrarum patiens mater benedicta vocari.  
 Quis ponat numerum, quot quoquis tempore ciues,  
 Quum patriae dulcis careant amplexibus vltro  
 Ad tua templa volent per montes, saxa, per vndas.  
 Impediunt frustra longa interiualla viarum.  
 Tanta fames veri! nostris in fontibus omnes  
 Hanc explore iuuat, bene qui gustauerit, ille  
 Thesauris gaudet; superant qui pondere arenas  
 O! Pactole, tuas, dum numquam taedia ducant.  
 Dic mihi per quod opus, quid agens, quo numine culio  
 O! Salana tuum clarum sis nomen adepta  
 Tam cito? Dic famam per quas feruaueris artes  
 Tot per secla tuam? Tantumne valere videntur  
 Humanae vires?

DEVS est tibi nominis augur.  
 Quilibet hunc reperit secum tua fata voluntans,

Quos

Quos inter belli strepitus, quo viscera terrae  
 Flagrabant patriae, tua sint fundamina iacta.  
 Nam tot ubique dolis hostes sua tela vibrabant,  
 Ut renouata modo fidei sibi castra timerent,  
 Ni noua praestiterint hanc propugnacula tutam.  
 Haec Deus exstruxit, licet esset nulla salutis  
 Spes. Populus praestans heroum venit Olympo  
 Missus ut haec tegeret, qui religionis honorem  
 Atque Dei caussam miro conamine curant.  
 Tantae molis erat terrarum condere templum,  
 Vrbem *Ienensem*, sedemque dicare perennem  
 Salicolis musis! Somno dubiusque sepultus  
 Orbis erat tenebris. Lucescit et induit orbis  
 Sponte nouam faciem dum tu, *SALANA*, coruscas.  
 Sic nocturna Pharos, quam gens nilotica struxit  
 Lux erat in tenebris, timidas dum turbine rerum  
 Concussasque rates, socrorum fata videntes  
 Infames scopulos, securo tramite mulceret  
 Viuiscatque homines flygiisque reducit ab vndis.

**N**VMINIS at non tunc solum es formata sub umbris,  
 Eius amoris adhuc monumentum caelitus exstat,  
 Dum caput Augustum dederit tibi tale colendum,  
 Quo nihil vtilius potuit contingere terris.  
 Hic dum summa tenet redeunt iam pristina musis  
 Secla, suo nondum quae liuor dente notarat.  
 Iam nocet ingenium nulli. Quid nectere cesso  
 Serta PATRI PATRIAЕ, qui Pindum Atlantis ad instar  
 Sustinet atque ornat, cuius quacunque sub axe  
 Nomen honorosque manet, melius super aethera fulgens.

**D**ESINE musa loqui. Gemmans num purpura nostris  
 Conueniet numeris? Temuis quid grandia tento

B

Incassum

In cassum? quid homo pelagum mensuro bilance?  
 Quid digito montes? Non omnia possumus omnes.  
 Dic urbem quanto dicit natura decore,  
 Ingenium quantum, quantum ars excellat in illa,  
 Dic musea loci, dic tot monumenta probata  
 Antiqui pretii, castae dic Palladis aedes.  
 Dic nutritores, decus immortale Salanae!  
 Nonne per hos aditus Heliconis tempus in omne  
 Vnicuique patent? dum quod natura negavit  
 Gaudent more patrum large tribuisse. Quid addam  
 Frugalem vitam, mores, pretium leue rerum,  
 Quod dudum palmam nostris effecit Athenis.

DIC, orbem quisquis longe lateque pererras,  
 Dic, quibus in terris sedes magis inclita musis  
 Floreat? O! quantus campus tibi, Musa, pateret  
 Ni flueret tarde circum praecordia vena.  
 Fac, aliquid possem, citius descendat in yndas  
 Sol, quam me expediam; citius quod vitibus insint  
 Innumeris vuac contendam posse referri.  
 Num dicam nostris quantus sit ciuibus ardor  
 Ut fiat Patrum Patriae diuina voluntas?  
 An magis, ILLVSTRES PROCERES, VOS tollere laude  
 Poscimur aeterna, quorum clementia sceptris  
 Oscular? Ecquis enim tenerum non prodit amorem,  
 Quum sub eis solis bene tam viuatur et apte,  
 Ut si tantum hominum numerum, mentesque volutas  
 Tam varias tecum credas me falsa docere.  
 Quid dicam numerum famamque fidemque docentum,  
 Qui non impensis parcunt nullique labori,  
 Omnibus ut rerum pateant penetralia, quarum  
 Mens humana capax? Utinam mea musa valerer  
 Ingenio tantum! Restet pars ultima vitae  
 Tam

Tam longe, nvt dignas possim persoluere grates  
 Munere pro tanto. Licet his qui texere carmen  
 Desudat, pelago videatur tradere guttam.

QVIES celebrem verbis tot tantaque vincla Virorum?  
 Indociles vulgare loqui, deducere certant,  
 Ingenium quid alat, quo quis quid in ordine rerum  
 Verum, quidque bonum, quid iustum, quid sit honestum,  
 Quid sit et in studiis diuinum, quid sit inane,  
 Quae veneres linguae? Placeat conamine fausto  
 Teutonis in terras Latium transducere totum;  
 Tollere siue iuuet patrii sermonis honores.

SED cur ad VESTRAS, meum opus, contendere laudes  
 Haesito, FAVTORES, Latii genuina propago,  
 Prima dicta mea summa dicenda camena,  
 Gloria Ienensis Pindi non vltima. Quantas  
 Intendant grates ardentia pectora propter  
 Concessam sedem, semper mea vota docebunt,  
 Vsque minora TVIS meritis, sint maxima quamuis.

SIT TVVS ILLVSTRIS MAECENAS, ordinis omne  
 Et decus et columen, faustus! Desunt mihi verba  
 Digna eius meritis et vox mea faucibus haesit.  
 O! Vrinam nostrae redeant super aethera sero  
 Deliciae! hoc vno complectimur omnia voto.  
 Dicere nec potero praestantia facta VIRORVM,  
 Quorum virtutem verumque cupido tuendi  
 Dirigit has musas, communia iura tuerit  
 Consiliisque iuuat. Sua ster fortuna cuique  
 Ut pia vota iubent, volitans quem fama per vrbes  
 Reddidit insignem VOBIS dum viuit honori;  
 Adsit, siue colat diuerso sole calentem

Yc 100 62

X2859576

XII

DE LAUDIEVS IENAE ORATIO

V D 18  
Terram. Quae studii socii vos vincula iungunt  
Sint irrupta! Dehinc Ienenſis gloria surgit  
Nescia metarum, donec collabitur orbis.

DVM, Pater Omnipotens, nostrae Augustum caput urbis  
Conserues, maneatque diu spes nostra superstes.  
Auspice quo Salana nihil nisi tollere plausus  
Curat, queis soluat grates; nec vocibus ullis  
Has poterit. Citius cursu Tu, O Sala! supino  
Ad fontes redeas, citiusque cacumina montis  
Subsident, haec quam vanescat dulcis imago  
Mentibus ex nostris, quas hunc sacramus in usum.

ANNE, summe Deus, votis, si nostra Salana  
Est tuum opus, seruas duo quod per secula paterne,  
Tempora Io! properetis Io! cito adeste precamur,  
Quum pia thura Deo nostris adolemus in aris,  
Ac noua concipimus sollempni tempore vota,  
Omnibus expletis. Latii gens docta reverſi,  
Queis artem faeram Clio concessit et ignes  
Pandite, tempus adest, Helicona Iō! tendite plectra!  
Fallor? an omne nemus resonat iam? carmina nostra  
Amplius ecquis amat? Melior ferit aethera clamor,  
Et noua progenies sollemnia iubila fauste,  
Hoc erit in fatis, iterat post secula.

DIXI.



Pon Yc 100, av





